



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resvrrrectionem D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

Meditatio 31. De Christi condemnatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59870)



MEDITATIO

TRIGESIMAPRIMA.

DE CHRISTI D. N. condemnatione.

EVANGELIUM.

SEDENTE Pilato *Matt. 27.*
pro tribunali, misit
ad eum vxor eius di-
cens, nihil tibi & iu-
sto illi. Multa enim
passa sum hodie per visum propter
eum. Pilatus autem videns quia ni-
hil proficeret, sed magis tumultus
fieret, accepta aqua lauit manus co-
ram populo, dicens: Innocens ego
sum, à sanguine iusti huius, vos vi-
deritis. Et respondens vniuersus
populus dixit: Sanguis eius super
nos, & super filios nostros. Tunc *Marc. 15.*
Pilatus volens satisfacere populo *Luc. 23.*
adiudicauit fieri petitionem illo-
rum, & dimisso Barraba. Iesum
flagel-

FIGURA.

3. Reg. 21. **N**ABOTH innocens, à principi-
bus Iezraëli, iussu impia Iezabe-
lis, iniquè damnatus est ad mortem.

PROPHETIÆ.

Psal. 88. **E**XALTASTI dexterã deprimen-
tium eum, latificasti omnes inimicos
eius.

Psal. 93. Captabunt in animam iusti, & san-
guinem innocentem condemnabunt.

Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum.

CONSIDERATIONES.

1. Punctũ. **V**IDENS Pilatus nullo modo se po-
se liberare Christũ: sed quò ipse ma-
gis instaret, eò magis vesaniam & furo-
rem Iudeorum crescere, lauando coram
impia multitudine manus, se innocen-
tem dicit à sanguine iusti. Illi verò hor-
rendis vocibus, *Sanguis eius*, exclamant,
super nos, & super filios nostros. O inui-
diam inauditam, ô maledictũ odium.
Quanto dolore putamus distractum
fuisse misericordissimum cor Iesu, cu-
ius natura est bonitas, cum videret tam
peruersum & pestilentẽ populi sui ani-
mum:

DE PASSIONE DOM. 249

num: quanta in se crudelitate & odio exarsissent: quanto opere sanguinē suam finirent, vsque eò, vt se cum tota posteritate æternæ subijcerent maledictioni & horribili vindictæ diuinæ iustitiæ, tantum vt se ad mortem & crucem adigere possent.

Pilatus ad extremum superatus, tum importunitate Iudæorum, tum multo magis timore, ne apud Cæsarem in calumniam vocatus gratia eius excideret, relictæ planè iustitiæ & æquitatē, pronunciat sententiam iniquissimam: vti Saluator mundi, quod regiam sibi potestatem vsurpasset, in crucem ageretur. O iudicium præposterum! ô iniustam & crudelem sententiam! ô iudicem perfidum & iniquum! Paullò ante profitebaris, nihil causæ in illo te inuenires; & nunc contra quam rectum esse nosti, illum morte condemnas. Nunc ipsum appellasti hominem iustum, & eadem hora damnas illum ad crucem. Paullò ante sciebas Iudæos per odium & inuidiam tibi Christum tradidisse, & iam crudelissimæ illorum voluntati tu eam committis.

Hei mihi. Si inimici Christi, adhuc repugnante iudice, neque in mortem ipsius consentiente, tantū furoris ostenderunt,

M

derunt,

derunt, quid putamus futurum, cum a
Præside traditur voluntati eorum, ut eo
quod velint faciant? O Fili æterni Patris,
ô Agne mansuetissime, quæ ludibria
qui cruciatus te manent? quo modo fa-
melici isti lupi inuolabunt in carnes tuas,
& exsugant rabido ore innocentem san-
guinẽ tuum? Anima mea, anima mea,
quantum malorum procrearunt pecca-
ta tua!

Confidera, qua humilitate mansue-
tus Iesus, absque vlla contradictione fu-
nestam illam sententiam exceperit: non
aliter quam si omnium criminum, quæ
sibi obiecta erant, manifestè compertus
& conuictus esset. O innocentissime
Domine, tu te reum facis pro me? Tu
meo loco, tanquam non ego, sed tu pec-
casses, soluisti pœnas, quæ criminibus
meis debebantur. O caritas inaudita,
quis vnquam vidit regem tanto amore
serui sui captũ, ut ipse se illius loco reum
substitueret, & ad patibulum duci pate-
retur, tanquam suum nõ serui esset pec-
catum. O mea anima noli maioribus
operibus grauare Saluatorem & Deum
per tua peccata. Omnia enim supplicia
& cruces, tam animorum quàm corpo-
rum quæ omnes simul mortales ferre
possunt, nihil sunt præ ijs, quæ Domi-
nus

nus tuus ad redimendum te sustinet.

Considera, simul vt lata est crudelis sententia, quomodo Satanicis illi satellites, non sine violentia apprehendant mansuetum Iesum, & intro pertractandum cuique suæ partes in supplicio exsequendo describuntur, non desinunt alapis, sputis, & omni genere iniuriarum fatigare. Volat fama, fit ex tota vrbe concursus ignaræ plebis, ad nouum illud, & miserandum spectaculum, ad eo omnibus auidis, vt hora vna in annū produci videretur, dum viderent prodeuntem, & baiulantem crucem. Iamq; diligentia & alacritate Pontificum prouisum erat, vt immanes illi clauis, vnâ cum alijs instrumentis feralibus parata essent: iam crux constituta erat prope portam, & præferebat sublime vexillum horribile signū iustitiæ exsequenda, quod Christi vitæ iam perniciem minabatur. Quam acri dolore tum fixa stetit amantissima & mœstissima parens? quæ discipulorum tristitia, cum tam crudeli morte damnatum aspicerent Magistrum suum? Contra quæ lætitia efferebatur inimici eius, quod tandem aliquando inflammatum odium sanguine mansueti agni possent extinguere. Iterū vide, quam grauiter dulcis

M a

Iesus

Iesus nefario inimicorum scelere sit offensus, & quàm ex animo indoluerit amicorum mœroribus, maximæ dilectæ Matris.

COLLOQVIUM.

PETES à Domino Iesu, ut, si ille verus iudex viuorum & mortuorum, per amorem accepit iniusti hominis iudicium, idemque innocentissimus cum esset, tanta demissione sententiam accepit mortis, quæ tuo capiti debebatur: ne sinat te ingratum esse tanto beneficio. Deinde ne in nouissimo die, cum veniet iudicare mundum, intret tecum in iudicium, nec meminerit iniquitatum tuarum antiquarum, sed ex misericordia tibi locum det sua sententia, inter electos: ut cū illis possideas regnum, quod paratum est ipsis à constitutione mundi.

DOCUMENTA.

1. *IN* rebus aduersis & tentationibus, subijcere nos patienter & humiliter deo iudicio Dei, ut iniustum Pilatum Christus accipere iudicem non recusat.

2. *Cum* vel ex professione nostra, vel officio tenemur malum aliquod prohibere,

DE PASSIONE DOM. 253

non decet nos tergiuersari, ne opus sit cum Pilato manus lauare, sed defendere, quibus possumus modis honorem Dei & proximi.

3. Pilatus optabat Christum dimittere, sed cū bona gratia Iudaorum: itaq; semper illos audiens nō constanter reciebat. Inuitus itaq; venit ad condemnationem Christi. Sic nisi forti & constanti animo auersemur ea, quae nos, à Deo & virtute abducunt: blanditijs sine dubio peccati iam corruptos habemus animos.

4. Pilatus, quod non praeisè ostenderet, planè se dimissurum Christum: occasione Iudaeis dedit sperandi bene de sua cupiditate, & usq; eò urgendi dum peruincerent. Sic, nisi in pugna tentationum, illud ratum & firmum tenemus nullum peccatum admittere, nunquam cessabit inferrens nos Daemon, dū prostrauerit: quia nos illi nostro tempore spem datus posse nos vincit.

5. Manus cū Pilato lauamus, & simul condemnamus Christum cum id quod religioni nobis ducimus, tamen perpetramus, etiam excusando, coactos nos, seu aliqua tentatione, seu timore humano.

6. Iniqua hominum de nobis iudicia exemplo Christi, cui seruiamus moderatè ferenda sunt, ille enim iniquissimam à

*Pilato sententiam amore nostri patientif-
simè sustinuit.*

*7. Quàm saepe, ut mundo aut carni gra-
tium aliquid prestemus, aut propter ho-
nores, aliáq; bona temporalia, more Pila-
ti iniuste aliquid agendo, Christum dam-
navimus?*



MEDITATIO TRIGESIMASECVNDA.

DE CHRISTI SAVLA-
TIONE ~~CRUCIS~~

EVANGELIUM.

Matt. 27.

Matth. 27.

Ioan. 19.



T apprehēdentes Ie-
sum, postquam illuse-
runt ei, exuerunt eū
purpura, & indue-
runt eum vestimentis
proprijs. Et eduxerunt eum ut cru-
cifigerent. Et **M**ulans sibi crucem
exiuit in eum, qui dicitur Caluarie
locum.

FIGV.